

## §. X

LAPIDANDVS HAVD PROCVL A LOCO LA  
PIDATIONIS BINAS CONFES  
SIONES EDEBAT

Quando igitur discipuli sapientum, qui REO assignabantur, ut uerba et rationes ipsius, quae ad innocentiam uitaeque integritatem declarandam in medium proferebat, perpenderent, in assertis eius nihil solidi reperire poterant. ultima uice CONDEMNATVS ad locum supplicio subeundo dedicatum educebatur. Prius autem quam REVS ad locum supplicii ipsum ueniret, illi mandabatur, ut crimina et scelera sua, quae in maiestatem diuinam commiserat, et quae nunc, quum illa re uera agnouisset, detestabatur, summo Numini ex intimo animi affectu, et summa demissimaque deuotione *confiteretur*. Quo facto, si illorum uera ex animi contritione ipsum poeniteret, et se ipsum propter talia scelera commissa supplicii subeundi REVM declararet, ut, licet in praesenti morti traderetur, in futuro tamen seculo, cum ceteris pie defunctis aeterna frui posset salute. Iam igitur e codice סנהדרין repetam, quomodo et quem in finem CONDEMNATO EYNAE CONFESSIONES EDENDAE FVERINT? a) **היה רחוק מבית הסקילה כעשר אמות אומרים לו התודה שכן דרך המומתן מתורין שכל המתודה יש לו חלק לעולם הבא שכן מצינו בעכנ שאמר לו יהושע בני שים נא כבוד לאלקי ישראל ותן לו תודה ויען עכן את יהושע ויאמר אמנה אנכי הטאתי וכזאת וגו' ומנין שכיפר לו וידוין שנאמר**

a) Capite VI. §. 2. fol. 187. col. 2.